BENEDICTUS PP. XIV.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbéo 27 (146)

Dilecte fili salutem, et apostolicam ben. Vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecisti, Tu, qui, (ut asseris) in Sacro Diaconatus Ordine constitutus existis, fervore devotionis accensus ad reliquum Sacrum Presbyteratus Ordinem quanto citius promoveri summopere desideres: Nos te premissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tecum, ut, si, et quando quatuordecim menses tantum tibi de aetate ad id à Sacro Concilio Tridentino requisita defecerint, defectu hujusmodi non obstante, si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum, et dummodo Tu ad id repertus sis idoneus, servatisque aliàs servandis, ad dictum Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri, et promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, et licitè valeas, Auctoritate Apostolica tenore praesentium dispensamus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die XII. Julii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Pro Domino Cardinali Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873407319-10/fragment/page=0001
DFG

1751 12/VII

Scripta — ₰ 176: —: —
Bolla — ₰ — 1:15: —
Di Camera ₰ 177:3:15:

1751 12 luglio

Dilecto filio Alexandro Bologni Clerico Cremonen. Dioc.

Morbéo 27 (146)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873407319-10/fragment/page=0002